

**P**allas Spangel theologie professor ordi-  
narius in vniuersitate heidelbergensi. Clarissimo viro Martino Flach accuratissimo librorum  
impresso: Argentinensi amico suo plurimū obseruando. Salutem dicit. **Q**, vir clarissime lit-  
teras has ad te pingere deceui non murens. et si enim ignotus tibi sim: tua tamē industria: fa-  
ma humanitatis tue. et preclara opera que sine menda ex officina tua passim mittis te mihi no-  
tissimū reddiderūt: adeo vt te iudicem virum bonū. qui capiat pdesse reipublice. qui et emenda-  
tis codicibz viros literis traditos ad studia velit incitare. fere omnes enī etiam studiosi. cum re-  
uoluūt libros impressos cum sincopatione dictionū vel quacūq; incorrectura: mox concepta le-  
gendi nausea libros pūciunt. a studio se transferunt vel ad inane ocium vel ad res pphanas. et  
tuis sō operibus exquisitissime impressis qui conuerat adhuc audiri neminem. **D**inc arbi-  
traris me hausisse animū ad te scribendi immo et mittendi doctissimū Thomā Argentinensem  
in primis duobus scriptis a me visum et plectum. quem presentū ostensor offeret. et te p immor-  
talem deum obrestor vt tua industria cures eum ipsum imprimi. facies rem deo gratam: ciuita-  
ti tue decoram: tibi vtilem: ac multis vniuersitatibus admodum proficuas. **E**st enī hic doctor  
subtilis: clarus: sane doctrine: resolutus: et in materia quantumlibet alta mediocribus etiam in-  
genijs satis accommodatus. magnus in artibus. in theologia maximus. quem totus ordo Au-  
gustinensū amore psequitur. **N**ec dubitabis impressum Thomā infra paucos soles nō solū  
vendes. sed etiam certatim cum lucro tuo tibi studiosi cogitabunt ipsum eripere. **J**am enī tota  
schola theologorum a iud nos impressionem ipsius affectat: expectat: et me impulit vt emenda-  
tum Thomā de Argentina tibi mittam. vt per te polite ac attente impressus in lucem et ad mul-  
torum peritiam maiorem peruenire possit. **T**e itaq; iterum atq; iterum rogo vt nostram non fal-  
las expectationem. et opus imprimendum q; primū assumes. et cum voles reliqua duo scripta ali-  
quāto his maiora cum certo nuncio transmittam. et tu quo ad vixero me habebis tibi admo-  
dum obsequentem. **V**ale felicissime.

